PELAGIUS
3. Viertel 12. Jh. Seite 151r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36487
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



et sanguine omniq; opere malo. Testimoniū enim innocentie
manuū eleuatio ē. Non solum autē manus ab opere purę sint.
sed etiā mens ab ira: et disceptationis cogitatu: quia ita sibi
dimitti petit sicut ille dimittit. nemo aliquid impetrare potē
alia cogitando. Similiter et mulieres. In omnib; quę dixi de
uiris. In habitu ordinato. Honesto et conuenienti naturę. Cū
sobrietate et uerecundia ornantes se. Hęc s̄ ornamenta femi
nę xp̄ianę. Non intortis cri[illegible]nib;. Non debent occasionem
dare concupiscentię. Aut auro aut margaritis. Quę terrę
sunt partes cui⁹ ē homo dn̄s institutus. Vel ueste p̄ciosa.
Quę p̄ nimia subtilitate nec frigus arceat. et de cui⁹ p̄cio
plurimi uestiri eiusdē naturę homines potuissent. Sed qd̄
decet mulieres p̄mittentes castitatē p̄ opera bona. Ista g̊ n̄
sunt p̄mittentiū sed negantiū castitatem. Mulier in silentio
discat cū omni subiectione. Discat quidē. s; cum omni humi
litate et karitate. Docere autē mulieri n̄ p̄mitto. Publice n̄
p̄mittit. nam filiū aut filiā aut frēm debet docere priuatī.
Neq; dominari in uirū. sed eē sub silentio. Ne magisteriū
sibi usurpando sup̄biat sed taceat in ecc̄la. Adam enī prim⁹
formatus ē deinde eua. et adam non ē seductus sed eua. Red
dit causas quare eas uelit eē subiectas. scilicet quia et posteri
ores in factura s̄ et priores in culpa. In p̄uaricatione fuit. Sal
uabit̄ autē p̄ filiorū regenerationē. In p̄uaricatione fuit man
dati. s; non ideo desperet mulier. quia p̄ baptismū qd̄ ē filiorū
regeneratio ipsa saluabit̄. n̄ eua sed credens mulier. quia
eua ad exemplū adducta ē creationis. n̄ de ipsius salute
p̄prię. Ne quis existimet hoc loco euam p̄ filiorū fidem eē sal
uandam. sed cū posteris suis. si tamen et illi in bonis operibus
p̄seuerauerint fide p̄pria. ceterū quom̄ iusticia iusti sup̄ eum
erit. et quomodo noe. iob. et daniel filios suos minime libera
bunt. si p̄ filios eua saluabit̄. Si p̄manserint. Sicut superi⁹
de plurali numero mulierū ad singularem dicens. mulier